1386 7. Septembr.

Ex Arch. Monas. Caeli Montis

63.

19

Nos Pelka Judex et Wandotha Subjudex Sandomiriens. Universis quibus expedit protestamur. Quod accedentes ad nostram nostrorumque Assessorum praesentiam. Nobiles Viri Christoph, Voyslaus Fratres Heredes de Jeszow fassi sunt ac publice recognoverunt, suam totam portionem hereditatis quam habuerunt in Jeszow, prout soli tenuerunt nihil ibidem pro se reservantes cum omnibus utilitatibus, ac singulis proventibus in perpetuum libere vendidisse, resignasse, pro Centum Marcis Grossorum Pragensium, Numeri Pleniculis Honorabili Viro Dno Jacobo Praeposito Tremesnensi Monasterij totiq. Conventui ejusdem habendam, tenendam, donandam, commutandam, vendendam et ad usus sui beneplaciti et suos convertendam, ac perpetuis temporibus possidendam Quam emptionem ac venditionem praesentibus ratificando in perpetuum roborando confirmamus. In cujus rei testimonium Nostra Sigilla huic literae sunt appensa. Datt in Opatow magna Feria Sexta in vigilia Nativitatis B. Mariae Anno Dni MCCCLXXXVI. Praesentibus his Nobilibus, Widzga de Gnioszczow, Sulvogniewo de Cesniki, Bartholeo de Mnichow, Thoma de Brawaczyn Pacencio de Bodussow, Dzynisio de Bostow, et aliis quam plurimis fide dignis

Monastica Praemonstr. Trzemeszno.